

Lat. X, 116 (=3783)

*Chorographia Terrae Sanctae, sec. XVI*

Velentinelli, v. 6, pp. 295-296

Membrana duplex simul iuncta, superius inscripta: *longitudo terre promissionis centum LXVI miliaria*. Diagramma manu rudiori pictum offert loca varia, pleraque sine nominibus, quae, ubi extant, partim graece: *Sirbonis lymne, Alaon paphia, Diospolis, Spileon tou theotokou, Karmelos, Stratonos pyrgos*; partim latine: *Hierusalem, Bethlem, Alba specula, Nazareth, Endor, Libanus, Antilibanus, Mons olivarum, Mons Ephraim, Fons Dan, Fons Iordanis, Flumen Cyson*; partime itale: *Vallis Belveder, S. Zorzi, Peregno*. Prope Sydonem legitur: *Distat Tyrus Sydona non plus quam CC stadiis. Protyrus est antique Tyrus XXX stadiis distans demum Ptolemis*. Occurrunt tentoria duo medio fulcro innixa, velis per funes tensis, ita tamen ut aperta quaquaversus remaneant, quod apud Turcas tabernacula in campo figentes usuvenit.